Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Quidam uxori irascens q̃ ad monasterium claustri nouburgensis veneratione beati leopoldi martis post palmarum diem. quot annis elimosinam panis vni et trium obulorum accepturis obtulisset. in hac vrbe prorupit. Vtinam elmosina viueres. ne quid auferres habuisses. raptisq̃ continuo que pauperibus destinauerat illa. omnium reuertens. eo pane degustato mandendo assumptum neq̃ deglutire potes in lectum se contulit. vbi hac illac diu circumuolutus preclusoq̃ spiritu obiuit. vt facile intelligamus etiam otiosa verba vindicam hire deum. neque impune in illos qui de se benemeriti sint admitti nefarios sine animaduersione contumaciter permisisse. atq̃ eius rei testis eiusdem filia est. Sed iam valeas pater sancte quid secente sixto pontifice maximo predecessore tuo ab Reuerendissimis dnis cardinalibus in tam pium opus deputatis sit relatum. dno vicecancellario referente. cuius rei minime vt opinor scitus tua oblita est. cum vnus e sacro consistorio tunc esset. idq̃ iam omnes accepisse reor. quibus parentibus ortus leopoldus sit. quam preclari q̃q̃ illustres. quantum diuinis inhaerit. quo nam pacto extincto patre se gesserit. quemadmodum leges iusticiamq̃ coluerit. matrimonii seruauerit iura. quas edes consecuerit sacras. quanti eum fecerint predecessores tui et dum vixit et postq̃ cuita migrauit. habes mirabilia testimonia vite tum magna tum maxima. et que prior et que nostra vidit etas. quibus quam sctus quamq̃ deo fuerit acceptus demonstratum aperte. et que ad obseruandam eternitatem vir magnus et totus dei extiterit. Posset hominis altitudo longiorem orationem. materia suppeditabat quam ingencia implere volumina. ego vero morem illorum qui paucis calculis innumerabilium ferme rerum summam complectuntur his paucis exegi. Defecissent alter latera et lingua compressa obmutuisset. obseruantiaq̃ benemeritorum tanta apud te est. vt cum intelligis quampiam eternitatem promereri illico tua bonitate id confirmes. Iam virtutes ipsius leopoldi quas creator omnium etiam miraculis comprobauit. ab dei vicario qui solus in terris es assciscere in numero sanctorum iure meritoq̃ exposcunt expectantq̃. ad quecunq̃ enim loca leopoldi nomen puenerit.

vi
Ite melia infra in sinario ãtli signio